

Missel des fideles,

contenant le texte du missel romain avec traduction française et notices explicatives, liturgiques et historiques. Par le R. P. D. Gérard van Caloen. bénédictin de l'abbaye de Maredsous. Fournay. Impr. liturg. de S. Jean l'Évangéliste, Desclèe, Lefebvre et Cie. MDCCLXXXII. II Tomes. Le I. Tome contient LXXV + 1 716 + 1, 322 P; le II. LXXV + 1, 717 + 1, 304 avec Tablede Matières. 8^o.

Opus sub oculis nostris positum offert fidelibus totam Sacri sacram liturgiam, preces orationesque Missae Sacrificii, quo sanctius et augustius neque dari quidquam neque cogitari potest, preces proinde publicas Ecclesiae laeuiticas et eucharisticas, impetratorias et expiatorias, preces et orationes sacrificiorum Sacrificii, in quo Christus Jesus Dominus Noster est et Offerens et Victima oblata, offerens Semetipsum Suo nostroque Patri Coelesti in peccatorum expiationem nostrorum. Quid proinde emolumenti, quid utilitatis offert fidelibus hoc opus egregium, quod Ceremoniarum et festorum Ecclesiae praebet intelligentiam plenam splendore splendissimo refulgentes reddens Catholici Cultus venustates! Offert gallice et exacte traductas, ut dicit R. R. Episcopus Leodinus, has preces et orationes liturgicas, siquidem Gallicus sermo omnium terrae plagarum acceptus est cultiori atque urbaniori societati, cuius est et doctrina et exemplo iuvare inferiorem et rudiorum. Offert praeterea lucidissimas expositiones. singulis festis et Sanctorum diebus praemissas, clarissimi auctoris D. Guéranger operi celeberrimo qui Annus liturgicus inscribitur desumptas mirumque in modum, dicit denuo Praesul Leodinus, electas! Numquid igitur praestans, egregium, unicum non convenit vocare opus sub oculis nostris positum, ab undecim Praesulibus atque Ecclesiae Primoribus et approbatum et commendatum, cuius perdoctus Auctor ad eam processit humilitatem, ut ne nomen quidem apponere voluerit. Gratulamur igitur admodum Reverendo ac Doctissimo Auctori cum Praesule Ecclesiae Leodinae optantes, ut penetret opus sacrum quam celerrime et in familias et in corda christiana, et in lectorum mentes revocantes D. Guéranger verba pulcherrima: Beatus ille, qui orat cum Ecclesia, qui associat vota sua privata votis huius Sponsae dilectae a Sponsa et semper exaudita.

Nota. Bibliopolae supra dicti tres simul edunt huius operis editiones diversas: duas magnificas lineamentis rubris in quavis pagina circumscriptas, quarum prior magnifica cum extra-charta francis 20, posterior cum charta varie virgata 16 constat francis. Editio tertia cum charta varie virgata lineamentis circumscripta non est, quare diminuuntur margines volumenque eo facilius secum ferri potest.

M. K.